

nariis, et aliis inferioribus Presbyteris celebrantibus, non obstante consuetudine. — 97. Assistentia, quæ fit ad Missam et Vesperas, debet fieri cum Pluviali. — 98. Canonici tenentur inservire pro Diacono, et Subdiacono Dignitatibus, ac earum Coadjutoribus solemniter celebrantibus, non obstante contraria consuetudine. — 99. Et non tantum Canonici Juniores, sed etiam Antiani et Antiquiores. — 100. Dignitates vero nunquam debent Canonice celebrantibus inservire. — 101. Canonici et Dignitates, an possint Missas privatas celebrare tempore quo Episcopus solemniter celebrat, vel concionatur. — 102. Poenæ quibus Episcopus procedere potest contra Canonicos non residentes. — 103, 104. Sape permittitur Canonice alternatim Choro intervenire. — 105. Non ita tamen in diebus festivis. — 106. Semper ad psalmodiam tenentur. — 107. Non autem ad recitandum Officium B. M. V. Defunctorum et cætera extra Chorum. — 108. Non satisfaciunt muneri suo recitando completorium, dum a Musicis Vesperæ decantantur. — 109. In quo differant Canonici a Beneficiatis. — 110. Non sufficit illorum præsentia tantum in Choro. — 111. Tenentur Gregorianum tantum addiscere. — 112. Possunt satisfacere per alium Capitularem. — 113. Non ita tamen, qui consistunt extra civitatem; et sic etiam Coadjutores Canonorum. — 114. Possunt Canonici, loco Chori, Officium recitare in aliqua Capella. — 115, 116. De poenâ eorum, qui Horis Canonice admiscunt jocos, risus, et cætera. — 117. S. Cong. Concilii improbat consuetudinem non mulctandi Canonicos, nisi cum veniunt absoluto integro primo nocturno. — 118. Canonici tenentur ad Missam Conventualem. — 119. Consuetudo immemorabilis excusat a residentia Canonicos in Collegiatis non insignibus. — 120-124. De vacatione trimestri canonicis a Tridentino concessa. — 125-128. Quando propter absentiam puniendi sint. — 129-131. Multa de canonicorum residentia. — 132. De servitio Chori et aliis. *Remissive.* — 133. An Canonici teneantur extra Chorum ad Off. Defunctorum, et B. M. V.

ARTICULUS VI. — Canonici, quoad associationem, et assistentiam debitam Episcopo.

1. Canonici tenentur in eorum habitu Canonicali accedere ad domum Episcopi, et illum associare ad Ecclesiam celebraturum, vel Divina Officia auditurum cum Cappa accedentem, et finito Officio in reditu associare. — 2. Et ad hoc tenentur non solum ex urbanitate, sed ex debito. — 3. Etiam si domus non sit contigua Ecclesie, dummodo non multum distet. — 4. Etiam si distet per spatium 60 passuum. — 5. Etiam si distet per spatium 100 passuum. — 6. Etiam si distet per spatium 160 passuum. — 7. Imo Canonici tenentur accedere ad palatium Episcopi ad effectum eundem associandi ad Ecclesiam, non obstante distantia Cathedralis 200 et ultra passuum. — 8. Si vero palatium Episcopi sit longe distans, debet associari ex aliquo loco ad hoc deputato prope Ecclesiam, vel Ecclesie ipsius atrio, aut scalis vicino. — 9. Ut Canonici in debita associatione Episcopi deesse non possint, et Officia Divina non turbentur, debet Episcopus certam horam sui adventus tempore congruo statuere et significare. — 10. Et determinata ac stabilita cum Episcopo certa hora Officii, si dato ultimo signo Campanæ non veniat Episcopus, possunt Canonici inchoare Officium, etiam non expectato Episcopo. — 11. Si Episcopus post inchoatum Officium, ad Ecclesiam descendat, tunc satis erit, si quatuor, vel quinque Canonici ei obviam eant; et major pars Canonorum in honore remaneat. — 12. Vel saltem duo ex Canonice tenentur ex Choro discedere, et obviam ire Episcopo porrigentes Aspersorium. — 13. Et idem si Episcopus venit eo tempore, quo post decantatum Evangelium concio inchoatur. — 14. Quod si finita concione velit

domum redire, nec pariter Canonici omnes debent deserere Missam; sed tantum tres, vel quatuor Episcopum usque ad portam comitentur, et statim redeant. — 15. Sed si post finitam Missam velit discedere, nec expectare, quod hora sexta recitetur, quæ de consuetudine Ecclesie immediate finita Missa cantari solet, Canonici omnes saltem usque ad portam Ecclesie comitentur. — 16. Si vero discedat persolutis Divinis Officiis, tenentur illum associare usque extra portam Ecclesie, vel usque ad primum atrium domus Episcopi, quando domus est contigua Ecclesie. — 17. Episcopum associare uti supra tenentur etiam Dignitates, licet Cæremonia tantum Canonicos exprimat. — 18. Canonici et Dignitates non tenentur associare, et reassociare Episcopum toties quoties accedit ad Ecclesiam, et ab illa recedit, sed solum in solemnioribus diebus, quibus cum Cappa ad celebrandum, aut ad assistendum Divinis Officiis, vel ad Pontificalia exercenda accedit. — 19. In cæteris vero diebus, quibus Episcopus private sine Cappa, vel ex alia causa ad Ecclesiam accedere voluerit non tenentur nisi ex voluntate et urbanitate hæc obsequia ei præstare, et satis est, si aliqui ex Canonice et Dignitatibus ad ostium Ecclesie accurrant, cui Dignior Aspersorium cum aqua benedicta ministrare debet, et abeuntem similiter usque ad ostium comitentur. — 20. Si autem exstet consuetudo, quod Canonici soleant associare Episcopum a Cubiculo, seu a Camera deputata quoties cum Cappa accedit ad Ecclesiam, ut celebret, et Divinis Officiis assistat, etiam in Dominicis diebus, et aliis Festivitatibus per annum, talis consuetudo servanda est. — 21. Imo Canonici tenentur Episcopum associare et reducere, etiam si Cappa non utatur, quando pro loci, aut Provinciae consuetudine, aut alias Cappa uti non solet, aut ejus loco alium habitum ferre solet. — 22. Canonici omnes non tenentur associare Episcopum ab eo Altari, in quo Missam planam celebravit, ad Sedem Episcopalem, si voluerit Missæ Conventuali assistere. — 23. Canonici non tenentur, nisi ex urbanitate, associare Episcopum venientem ad Cameram Capitularem. — 24. Canonici, et Dignitates associantes per Civitatem eorum Episcopum Cardinalem non collegialiter, nec cum habitu Canonicali, debent illum antere, non autem sequi. — 25. Canonici omnes non tenentur ire obviam Episcopo Suffraganeo venienti ad Ecclesiam ad celebrandum nomine Episcopi proprii, usque ad Cubiculum, sicut tenentur ire obviam Episcopo proprio, sed satis est, ut Suffraganeo aliqui Canonici obviam procedant usque ad portam Ecclesie. — 26. Si Suffraganeus de licentia Episcopi deferat Cappam, tenentur duo Canonici ire usque ad ostium Ecclesie, et Dignior porrigat ei Aspersorium, quo Suffraganeus seipsum tantum aspergat, et pariter eum associent in reditu usque ad eundem locum. — 27. Assistentia a Canonice, et Dignitatibus debita Episcopo, faciendâ est secundum Cæremonialem Romanam. — 28. Et hujus cæremonialem dispositionem tenentur Episcopus omnino observari facere in Cathedrali, et in aliis Ecclesiis suæ Diocesis. — 29. Nisi tamen adsit laudabilis, et immemorabilis consuetudo in contrarium. — 30. Cæremonialem enim non tollit immemorabilis, et laudabilis consuetudo, sed abusus. — 31. Canonici, Dignitates, et portionarii tenentur assistere Episcopo solemniter celebranti, aut alia Pontificalia exercenti. — 32. Episcopo celebranti assistere tenentur prima Dignitas et duæ aliæ Dignitates, vel Canonici præter Diaconum, et Subdiaconum Ministros, qui cantant Evangelium, et Epistolam. — 33. Assistere enim Episcopo debent Digniores et honoratiores. — 34. Et per hoc a prima Dignitate, seu Digniore in Ordine Sacerdotali constituto, assistentia cum Pluviali Episcopo celebranti faciendâ est. — 35. Talis prima Dignitas seu Dignior in casu, quo recuset sic Episcopo assistere, cogendus est poenis, et Cen-

suris Ecclesiasticis. — 36. Prima Dignitas debet assistere Episcopo celebranti, licet sit unica, et ad assistendum potest cogi sub eisdem poenis et Censuris. — 37. Archidiaconus non potest assistere Episcopo in habitu Prælatitio non Choralis, licet sit Protototarius. — 38. Consuetudo, ut Dignitates et Canonici Mitram, Gremiale et Thuribulum, ac simile ministrent Episcopo, servanda est. — 39. Assistentia duorum Canonorum semper convenit Episcopo loci Ordinario tantum, sive celebret, sive Divinis assistat, maxime quando est paratus. — 40. Et hi duo Canonici assistentes debent eligi ex numero Diaconorum, quando Præbendæ sunt distinctæ. — 41. Canonici duo Diaconi assistentes, et non Presbyter assistens, debent elevare fimbrias Pluvialis hinc inde, dum Episcopus progreditur, et thurificat Altare. — 42. Canonici iidem assistere debent Episcopo, quando facit Ordinationes, tam si faciat cum Missa solemnem, quam si faciat cum Missa privata. — 43. Canonici Diaconi non debent hinc inde assistere Episcopo, dum is accedit ad Ecclesiam, nisi quando est paratus cum Pluviali et Mitra. — 44. Canonici, qui assistunt Episcopo cum Cappa, non tenentur ei ponere, et deponere birretum, sicut tenentur ei ponere et deponere Mitram, sed debet Episcopus, sibi de per se extrahere. — 45. Canonici tenentur, et cogi possunt ab Episcopo, ut sibi ministrent, et inserviant non modo in Cathedrali, verum etiam in quibuscunque Civitatibus Ecclesiis, ad quas ad publicas, vel solemnes Episcopales functiones exercendas Episcopus ire contigerit; non tamen extra Civitatem. — 46. Dummodo in Cathedrali numerus sufficiens Canonorum et Ministrorum remaneat, et Officium, et Servitium Chori non deseratur. — 47. Non tamen possunt Canonici cogi ad assistendum Episcopo, si accesserit ad alias Ecclesias ad celebrandum private. — 48. Imo neque tenentur Canonici assistere Episcopo Missam private celebranti in ipsa Cathedrali. — 49. Et quatenus Episcopo in his Missis privatis inserviant, non gaudent distributionibus. — 50. Si tamen ex consuetudine Ecclesie assistere tenerentur, talis consuetudo esset observanda, et Canonici assistentes non amitterent Distributiones quotidianas. — 51. Canonici Cathedralis, si adsint, debent inservire Episcopo Pontificalia exercenti; et non alii inferiores. — 52. Imo ad Canonicos et Dignitates Cathedralis, si adsint, pertinet assistere Episcopo pontificaliter celebranti, etiam in Ecclesia Collegiata, vel Parochiali, non autem ad Canonicos Collegiata, vel Parochialis, seu vesperis solemnitibus quacunque ex causa interest in Ecclesiis exemptis, et Sedi Apostolicæ immediate subiectis, intra fines tamen suæ Diocesis existentibus. Vide tamen verbo *Assistentia* n. 25. — 53. Canonici tenentur assistere Suffraganeo, quando nomine proprii Episcopi functiones Pontificales exercet. — 54. Eadem enim obsequia præstanda sunt Episcopo Delegato, quæ præstari debent Deleganti. — 55. Canonorum duorum assistentiam habere non debet Episcopus Suffraganeus ultra Diaconum et Subdiaconum, qui sunt cantaturi Evangelium, et Epistolam, sicut haberet proprius Episcopus. — 56. Si tamen consuetudo antiqua id permitteret, ut Suffraganeus haberet assistentiam aliorum duorum canonicorum, præter Diaconum et Subdiaconum, esset observanda. — 57. Canonici et Dignitates omnes non debent assistere parati, quando Episcopus Suffraganeus solemniter celebrat, sed in habitu ordinario, sicut et quando facit Ordinationes, Consecrationes, vel alias similes functiones pro Ordinario; quo casu illi tantum debent accipere paramenta, qui sunt necessarii in ministerio. — 58. Canonici Diaconi assistentes non tenentur, imo non debent inservire Archiepiscopo de bugia, seu Candela, sed ea admini-

stranda est per Capellanum; et non possunt cogi Canonici ad inserviendum Archiepiscopo in Missis privatis præter consuetudinem. — 60. Canonici autem, seu Dignitates, qui assistunt juxta consuetudinem Ecclesie Archiepiscopo privatim celebranti in Ecclesia Cathedrali, non amittunt Distributiones quotidianas. — 61. Canonici enim, et Dignitates, dum sunt in debita assistentia apud Episcopum, intelliguntur præsentés in Choro tam in Ecclesia Cathedrali, quam in alia Ecclesia. — 62. Quænam assistentia faciendâ sit a Canonice Episcopo conciones habenti. — 63-66. De assistentia a Canonice debita Episcopo. — 67. Decreta S. Rit. Cong. de assistentia præstanda Episcopo. — 68. De obsequiis vero debitis Episcopo Suffraganeo, vel Coadjutori ad Ecclesiam accedenti. *Remissive.*

ARTICULUS VII. — Canonici quoad præcedentiam, et præeminentiam.

1. Canonicus Ecclesie Collegiatae Urbis Romæ dignior est Canonico Cathedralis alterius Civitatis, etiam si Cathedralis sit Capitulum exemptum. — 2. Canonici Cathedralis in omnibus, et per omnia sunt præferendi Magistratui sæculari, quando non est de perpetuis et Majoribus, et Concionator debet ipsos prius salutare, quam Magistratum. — 3. Canonici Cathedralis thurificandi sunt ante Magistratum, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in aliis, in quibus simul convenerint, ubi talis est consuetudo. — 4. Canonici Cathedralis extra Ecclesiam nullam habent jurisdictionem incedentes uti singuli, ideo cedere debent habentibus jurisdictionem, et Civitatem representantibus. — 5. Canonici Cathedralis omnibus aliis Canonice præcedunt. — 6. Adeoque Canonici Cathedralis in omnibus functionibus præferendi sunt Canonice Collegiatae non obstante consuetudine in contrarium. — 7. Etiam in omnibus actibus in propria Collegiata exercendis. — 8. Imo Canonici Cathedralis præcedunt Canonice Collegiatae, etiam in associandis funeribus Defunctorum propriae ipsius Collegiatae Parochiæ. — 9. Sed quoad funera, et præcedentiam Canonice debitam in ipsis, melius in articulo sequenti. — 10. Canonici Cathedralis et Collegiatae, et alii Clerici sæculares semper præcedere debent Regularibus, etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis. — 11. Canonici et Presbyteri Ecclesie Cathedralis debent præcedere omnibus Curatis Parochialium Ecclesiarum in omnibus Processionibus, et functionibus, etiam in propriis ipsorum Curatorum Ecclesiis. — 12. Etiam si Curati sint Cotta, et Stola induti. — 13. Canonici Cathedralis si ob interperiem aeris resident in alia Ecclesia, Rector illius debet sedere post Canonicos supra Mansionarios, et reliquos Presbyteros, et si fuerit Protototarius præcedit Canonice, uti singulis, non autem capitulariter. — 14. Canonice Cathedralis in Ecclesia Parochiali dignior locus debetur immediate post Episcopum, et post Canonicos sedere debet Rector. — 15. Canonice Collegiatarum Ecclesiarum præcedere debent omnibus Rectoribus, Curatis, Plebanis, ac Presbyteris Ecclesiarum Parochialium in publicis Processionibus, et functionibus etiam Synodalibus. — 16. Etiam si ante erectionem in Collegiatarum mixtim incederent cum dictis Rectoribus. — 17. Vel inferiores Ecclesie essent antiquiores, et fuissent in quasi possessione præcedendi ante erectionem. — 18. Canonici tamen, qui sine Cruce suæ Ecclesie, et sine interventu Capituli tanquam singuli incedunt, non habent præcedentiam supra Curatos. — 19. Canonice capitulariter, et processionaliter procedentes præferuntur Abbatibus benedictis. — 20. Canonice et Dignitatibus extra Ecclesiam præcedere debet Prælati utriusque Signaturæ Referendarius. — 21. Canonicus prius factus debet præcedere aliis post ipsum admissis, etiam si sint Doctores. — 22. Et etiam in Congregationibus, et ubique Canonice Ecclesie Cathedralis, licet non sint Doctores, præferendi

